



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Chiridonio martyre. Cap[itulum]. lxxxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

beravit. Rex autem et carissus videntes populum velle necem apostoli vindicare aufugerunt: christiani autem corpus eius tulerunt et honorifice sepelierunt. Quod tamen processu temporis inde translatus est ad civitatem edissam: ut habetur in festo eiusdem translationis: videlicet quinto nonas iulias passus est: autem beatus apostolus. xij. kalen. ianuarij.

De sanctis Dionysio episcopo et pelagia virgine et martyre. Cap. lxxx.

Dionysius episcopus discipulus sancti thome apostoli fuit ille sponsus filie regis que apostolus una cum sponsa eius regis filia nomine pelagia convertit ad christum in androno pauli civitate: ut superius habetur. Qui ab apostolo baptizatus dionysius: sponsaque eius pelagia nominata est. Et quibus thomas abies post aliquot annos misit ad eos quandam discipulum suum presbyterum: qui eos in fide confirmavit et ecclesiam edificavit. In qua relicto seculo dionysius episcopus factus est: totumque populum civitatis convertit ad christum: pelagia quoque sponsam suam matrem virginis consecravit. Et est ibi sedes sancti thome apostoli usque in hodiernum diem. Quam sedem beatus episcopus dionysius strenue gubernavit: et post hec ad diem plenus sanctitate perrexit. Pelagia vero vxor eius post ipsius obitum: cum nollet nubere nec idolis immolare sententiam decollationis accepit. Et sepulta est in ipsa civitate in eodem tumulo cum dionysio viro suo.

De sanctis triginta martyribus. Cap. lxxxi.

Triginta sancti martyres rome via laucana inter duas lauros sub persecutione diocletiani et maximiani imperatorum omnes una die videlicet sexto kalen. ianuarij. passi sunt et glorioso martyrio coronati: ut dicitur ad in suo martyologio.

De sancto Chiridonio martyre. Cap. lxxxij.

Chiridonus martyr apud alexandriam passus est. Qui cum ad sacrificia deorum primo blanditijs suaderetur: deinde iniurijs et comminationibus atque supplicijs cogere: et sacrificare contemneret: gladio per viscera transverberatus neci traditus: et martyrio coronatur. vi. kalen. ianuarij.

De sancta Victoria virgine et martyre. Cap. lxxxiii.

Victoria virgo nobilissima civis romana tempore decij apud civitatem tibulanam martyrium passa est. Que illustrissimo cuiusdam eugenio fuerat desponsata: cum a cubilibus christiana. Dum autem quidam ritus aure

lius virginem anatholia siue callistenei christianas per matronas vxores peteret: et illa multis postulatibus inducens: interim omne patrimonium suum pauperibus erogasset: deinde se infirmam fingeret: ut sic in virginitate perseveraret: eamque titus aurelius christiana didicisset: rogavit eugenium ut victoriam sponsam suam ad anatholia mitteret: ut eidem christiana christiane coniugium suaderet. Quod dum eugenius cesseret: et victoria anatholia ad mimonium horum ref: dicens et se christiana sponsus hinc mori vix futurum: quod christus nuptias non pretereat: eo quod per larche et prope viuges habuerunt: et posteritas eorum a deo benedicta est. Contra anatholia virginem in mimonio proferebat: et coniugia primis temporibus fuisse necessaria propter terre repletionem asserbat. Sed helia que celum lingua clauserat virginem allegabat. Diciturque preterea se ab angelo que sibi apparuerat fuisse in observanda virginis proposito confirmata. Tunc et victoria eundem angelum videre flagitaret: ut sic et ipsam ad pudicitiam provocaret: angelus dum splendens veste nivea eisdem apparuit: que victoria de virginitate admonuit: assensum virginem in virginitate auro: castitatem argento: et iugillatam metallo. Quibus confortatis post multa verba angelus disparuit: et victoria voti virginis emisit: et facultates suas pauperibus largiri cepit. Quod ubi sponsus eius cognovit: tunc postus est quod propter coniugium sibi accipiendam ipse amiserat propterea. Et dum ea vti christiana eugenius accusare vellet: ritus eidem hoc dissuasit: eo quod sponsa occideret: et bona sua fisco applicarent. Sed profuit ut a decio in petrarerent quatenus sponsam suam extra urbem ad predium duceret: ubi ipse penis afflicta ad votum suum facillius inclinaret. Quod et ille fecit: et sponsam eius victoriam in suburbio tibulani territorij adduxit. Quam fame diebus pluribus afflicxit. Post dies aliquot venit ad eam domitianus patronus tibulane civitatis: que virginem panes detulit: et se ab urbe sua fugisse nunciavit: eo quod draconem in iuxta civitatem erat: que plurimos perimebat: et statum aerem inficiebat. Qui virgo: si populus vellent in christum credere: permisit se draconem ab oppido effugare: quod et ille populum facturum spondit. Igiter post biduanum seivium victoria die dñico ut permisit ad tibulanam civitatem angelo duce devenit: et assumpto populo ad specus draconis excessit: eique in christi nomine confestim abire precepit: et sic draco cursu rapidissimo exiliens nusquam comparuit. Tunc populus ad fidem convertit: et victoria in ipso draconis specu cludit: eideque mori nonne virginis a parentibus oblatam affoclat. Et post modicum temporis monasterio constructo mater. lxxiiij. virginum facta est: quas diligenter instruxit: et in dei laudes et vite sanctitate perseveravit. Post triennium autem eugenius rogavit sontanum pontificem capitolium: qui misit ad eam templorum comitem tallarchum: ut victoriam sacrificare compelleret: aut gladio necaret. Qui veniens ad eam dum decem vestes immolare renueret: ipsam glau